D. Sherardo. 56. 68

Si saltem in confertissima negotiorum turba silentium a Musis meis impetrare valerem, careres quidem et nunc tu huiusmodi molestijs, quas etiam Oceano toto sejunctus allatum tibi sunt. At enim quâ curru, quâ equo, quâ navigio vehimur, inveniunt illae perpetuam occasionem obrepandi cogitationib. magis multo serijs, atque adeo longe ab eo studiorum genere remotis, quod defessum scribentis et olim quorundam ~~[illegible]~~ vulgus non ignorat. Sic Eclogam istam calamo meo expresserunt, nunc propria pene dixerim invito atque renitente. Nunc ubi censuram popularis et, quam illa comitem habere solet, calumniae incrementum videt, nominis tui tutelam submisse emendicatum volunt. Haec mea res agitur, Vir clarissime, ut qui publici istius juris expeditum factum iri, non tam nescius, simul atque nimirum in illorum amicorum manus inciderint, quibus tam pelare de me meisque [illegible] libuit, et et opera Typographorum vulgari, ineptias aliquot meas me invito [illegible] putaverint. [illegible] Quas vero nunc prodimus ipsa materiae dignitas persuasura est, prioribus ubi assuantur. Nec persuasura tamen, nisi prius id tibi e re nostra judicaveris, cui cum omnem suae literis meis authoritatem non nisi detuli, officia vero atque amicitiam tibi debendam destino in tempus tuum. Vale vir mihi et mi amor. Lond. Die natali Servatoris nostri Anno Christi 1622.